

Andreas Wenzel

**ELEGIA || DE CAVSIS INCAR=||NATIONIS CHRISTI, SALVA=||TORIS NOSTRI, DEI  
ET MA-||riae virginis filij.|| AD || ... COENOBII LEVBENSIS || Sylesiorum ad  
Odrām, Abbatem virtute et || dignitate praestantem.|| scripta à || M. ANDREA  
VVENCELIO || SILESIO.||**

Rostock: Lucius, Jakob d.Ä., 1577

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn895428598>

Druck Freier  Zugang



DEO  
RUDOLPHO



ROM. IMP.

~~General~~

~~R~~  
~~N~~  
H Schriftkammer  
S. C. A.

Weg ist in Freuden  
und in Strand entzweit

Welt in Lutter  
of ii "

MK-1366/2<sup>1-4</sup>

\* XXXVIII. Q 72

R. 8670













ELEGIA  
DE CAVSIS INCAR-  
NATIONIS CHRISTI, SALVAt-  
TORIS NOSTRI, DEI ET MA-  
riae virginis filij.

AD  
REVERENDVM ET GENERO.  
SVM VIRVM, COENOBII LEVBENSIS  
Sylesiorum ad Odram, Abbatem virtute &  
dignitate praestantem.

scripta à  
M. ANDREA VVENCELIO  
SILESIO.



ROSTOCHII  
EXCVDEBAT IACOBVS LVCIVS.

Anno 80 D LXXVII

REVERENDO ET GE-  
NEROSO VIRO DOCTRINA, VIR-  
TVTE ET DIGNITATE PRAESTANTISSI-  
MO Dn. ABBATI Cenobij Leubensis Silesio-  
rum ad Odrum siti, Domino & Pa-  
trano sua S.



Oenobium LEVBENSE Si-  
lesiorum, & Tinecense uno à Cracouia  
millario supra Vistulam situm, Cazimi-  
rus I. Pol. Rex, Benedictinis Cluniaco  
Galliae, vbi & ipse monasticam antè vi-  
tam egit, accitis, & in vtrumq; colloca-  
tis, amplissimos his prouentus, Tineciam nimirum arcem  
cum centum amplius pagis, illis Leubense oppidum attri-  
buendo, fundauit: hoc vt perpetuum victoriæ & rei, con-  
tra Masom, à quo Masouia dici cepit, feliciter gestæ, mo-  
numentum extaret: illud verò vt cultu Sacelli, ad quod  
magnus vndiq; peregrinantum concursus erat, abrogat-  
to, altera Silesiae schola, Smogrouensi Ecclesiæ adiuncta,  
quæ tum ab eodem Rege Vratissauiam in Insulam vrbi vi-  
cinam, ad confluentem Odræ & Olauæ fluuiorum sitam  
Bicino translata est, artium & honestæ disciplinæ esset of-  
ficina. Omnibus enim, vel ex sola Collegij Osnaburgensis  
constitutione, an. C. 780. facta, manifestum est: Monaste-  
ria olim cœlestis doctrinæ de D E O conseruationi, artiū  
Ecclesiæ necessiarum propagationi, & selectissimæ hu-  
mani generis parti, teneræ videlicet pueritiae informandæ  
destinata fuisse: vt iuuentus, velut in Ordinaria sede, ex-  
ulta: vel vicinis Ecclesiis præficeretur: vel Reipub. nego-  
cij adhibita, grauissimis deliberationibus, quæ sæpe non  
tām consilio regendæ quam stylo & oratione formandæ  
sunt, maiori cum fructu præcesset. Hinc Ottonem I Hil-  
desii,



desii, Conradum, Boleslai Altii fratrem apud Abbatem  
Fuldensem literis & moribus informatos legimus. Sic cum  
& vestrum, Reuerende vir, Cœnobium, Boleslaus Altus  
artium & disciplinæ domicilium, sicut tum fuit, esse vellet,  
donationibus suis liberaliter auctum, ædificijs & priuile-  
gijs, anno 1175. exornauit, & cum Iaroslao & Henrico  
Barbato filijs, multos alios in nobilibus familij natos, vt  
suos ad religionis amorem accenderet, & domestico alios  
exemplo ad humanitatem & artes inuitaret, in collegijs  
istis institui voluit. Et Dux ipse Boleslaus loci istius Ab-  
batis tantum tribuit, vt nihil nisi communicatis antè cum  
ipso cōsilij de rebus serjns statueret, quod & Boleslaum  
Bregensem, qui ibidem informatus, & in Sacello magnifice  
à se extracto anno 1342. sepultus est, fecisse legimus. His  
& similibus Cœnobij vestri ornamenti permotus, cum &  
nunc singulari hospitalitatis & munificentie in literatos  
laude excellat, hanc Elegiam, quæ incarnationis Filij Dei  
caussas, spem salutis nostræ vnicam, continet, pro felici  
noui anni auspicio, R. V. & vniuersæ sodalitati dedica-  
tam, Strenæ loko ad vos mittendam duxi: & quod de Cœ-  
nobij vestri constitutione, & Sacelli, quod multi, Iulij Cœ-  
sar's ætate in eo loco, vbi nunc Leubusium est, constru-  
ctum existimant, certior fieri velim: & quod me honori-  
ficam apud exterios vestri memoriam conseruare clarius  
innotesceret. Hoc leuidense munus vt R. V. benignè ac-  
cipiat, oro. & de me sibi hoc persuasum habeat, quæcunq;  
ad dignitatem vestram exornandam facere videbuntur,  
nullo nec loco nec tempore me intermissurum. Filium  
Dei salutaris doctrinæ fontem precor, vt actiones omnium  
vestræ, ad illustrandam Christi gloriam & promouenda li-  
beralium artium studia, susceptæ, felicissimo successu flo-  
reant, Rostochio Megapolen. IX. Cal. Ian. an. 1577.

R. mæ Væ. D.

addictus

And. Vuen. Silesius.

ELEGIA  
DE CAVSIS INCAR-  
NATIONIS CHRISTI SALVA-  
TORIS NOSTRI DEI ET MA-  
riæ virginis filij.



VAVibus exultat liquidus concentibus  
ether.  
Clangor & insuetus sidera celsa ferit.  
Garrula, quæ gelidis habitat sub vallibus,  
Echo  
Auditos iterat terg̃ quaterg̃ sonos.  
Concipiunt animis superæ noua gaudia turma,  
Et summis celebrant laudibus acta Dei.  
Eumenidum mater placido resoluta sopore  
Nox, thalami linquit dulcia claustra sui.  
Eminus aethereo cœli domus igne refulget,  
Nascitur & cœlo candidiore dies.  
Vndig̃ diffusos rebus color inficit agros  
Omnis & arrectis auribus astut ouis.  
Fallor? an est visus Pastor regionibus illis,  
Lanigerum seruans lata per arua gregem?  
Excubias ouium tenebrose tempore noctis  
Egerat, ah vitæ nescius ipse sua.  
Quis mihi quis poterit causas aperire latentes,  
Quis facti poterit sensa referre mihi?  
Cedite fatidici Pythones, cedite docti,  
Non ratio caussas querere vestra potest.  
Vos procul à recto flectetis tramite gressus,  
Deuius in dubium vos trahet error iter.

Non

Non secus ac densa Puer in caligine versans,  
Ambiguas carpit nocte silentie vias.  
Roboris humano minus est in pectore firmi,  
Quam queat ut proprio noscere marie Deum.  
Sic enim nigra moderatrix Cynihia noctis  
Auricomum lumen fundere sola nequit,  
Sed nisi det puros radios Hyperione natus  
Latona & soboli, luce nitente caret:  
Sic nisi mens hominum motu spirante calefacat,  
Cœcutit, & sana nil rationis habet.  
Non igitur narret vates Amphrygia causas,  
Præscius haud rerum magnus Apollo canat.  
Astrologus raceat, cui lucida sidera curæ,  
Nec labor hic Physici robur habere potest.  
Candidus enodet descendens cælius ales,  
Et cantus causas explicet iste noui.  
Cur adeò trepidus timor ima perambulat ossa,  
Cur adeò rapido corda tremore paucis?  
Tollite corde metus, pastores tollite curas,  
Angelicus referet nuncia læta chorus.  
Virginis è tenera CHRISTVS modò prodijt aluo.  
Quem toties sancti precinuere paires.  
Vt miseras animas rursus donaret Olympos,  
Regnans Tartarei frangeret ima lupi.  
Res cæli tenuit Christus, solioq; paterno  
Sedit is, æqualis robore vig; DEO.  
Sed verita postquam decerpit ab arbore pomum  
Eua, securæ posteritatis onus:  
Decreuit DEVIS, ut scelerati criminis expers  
Sumeret humanæ debile carnis opus.  
Quod nisi miranda factum ratione fuisset,  
Ad quos, dic, usus conditus orbis erat?

In nihilum penitus natura redacta perisset,  
Peccato causam suppedante mali.  
Cur D E V S astrigeri fulgentia lumina cœli,  
Finxisset docti consolidata manu.  
Si nemo cuius fuerant ea condita causa,  
Turpia curasset crimina santis Ade?  
Nonne, quibus cœlum posset bene cernere, vulnus  
Erectos hominem iussit habere D E V S?  
Sol lucet radians, splendet soror addita phœbo,  
In medioq; narent astra videnda polo.  
Vt recte scrutans mortalis sidera cœli,  
Distinguit vicibus tempora cuncta suis.  
Occasus horum solers disquirat & ortus,  
Disponatq; via commodiore dies.  
Terra creaturæ seruit, semenq; receptum,  
Consitus ingenti fœnore reddit ager.  
Sedulus hunc versat duro renouatiq; ligone,  
Ut capiat fructus, villicus, inde suos.  
Plumigeræ magnum volucres per inane volantes,  
Terrigenis etiam commoda multa ferunt.  
Feluoit tranant pisces per marmora Ponti,  
Et Pelagi feriunt pretereuntis aquas.  
Qui quantum faciant fructus mortalibus ægris,  
Quis satis humana dicere voce potest?  
Singula quid breuibus numeris includere nitar,  
Ingenij vires re superante mei.  
Si mibi Cecropiæ detur facundia linguae,  
Si mibi sint Pylij verba diserta senis.  
Non tamen idcirco perstringere commoda possem,  
Quæ præstant summi cuncta creatæ D E I.  
Iam si lapsus homo perijset ob impia vitæ  
Crimina, cur tellius ista creatæ foret?

Ad sobo

At soboles hominum tristes miserata labores,  
Iratum voluit conciliare D E V M.  
Elini sibi uirando coniunxit fædere massam,  
Quam fragili primus corpore gesit Adam.  
Nam quia se vitis homo commaculauerat agris,  
Par homo, qui pœna pondera ferret, erat.  
Nec vero fuerat mortali semine cretus,  
Qui daret irato præmia iusta D E O.  
Sed mediator erat, sed imago coæua parenti,  
Et D E V S, auxilio qui souet omne suo.  
Debuit is nobis cœlestes reddere sedes,  
Debuit is iusto soluere danda Deo.  
Non hominum quisquam potuit penetralia Ditis  
Vertere, non imæ perdere recta stygis.  
Nec simul sciuit saue diffingere mortis,  
Nec potuit nobis significare D E V M.  
Amissam nemo valuit reparare salutem,  
Aut nobis summi prodere sensa patris.  
Sed generosa Dei pura sata virgine proles,  
Protulit ex patris dogmata vera sinu,  
Consilium nouit non perscrutabile nobis,  
Quam prius hac mundi machina structa fuit.  
Salve Nata Deo viuo, Dux optime, salve  
Te duce nunc lethi robora fracta iacent.  
Vis iacet inferni, nobisq; palaria celi  
Deuicta Sahana splendidiora patient.  
Sis bonus & mitis, fidosq; recollige catius,  
Nostraq; tranquilla pace quiescat humus.  
Ut cunas, meritumq; tuum celebremus: ut omnis  
Posteritas laudet nomen ubiq; tuum.

F I N I S.







*JKM*








Cl. 681. 8 u 9.

Hist. 8049.



EL  
DE FRA  
RERVM ET  
HVN



Aerule  
Ign  
Lunag  
Pro  
Cum solitum repetens cu  
Pieridas renoco sub  
Quà musco cinctus gra  
Neuela, piscoso vo  
Et regit Arctoas, Hene  
Bucephali in Clype  
Cumq; dabam Musis ope  
Mentibus occurrun  
Quæ Doctore Paro didi  
A Duce quæ CRA  
Cum faceret studijs Re  
In quo IAGEL L  
**T**Vnc animo voluens  
Cogito natura par  
Quid fremius tristes i  
Horrida quid mult  
An subeant terras zo  
Quid generet lon



ondere Tethyos un  
ncipiebat equos,  
nens de lumine lu  
nspicienda rotis:  
aborem,  
as.  
vluis  
quas,  
tus urbes  
nigri.  
vacabam,  
neis.  
sin urbe,  
omen haber,  
a, finem  
rpis haber.  
era Phœbi  
a gignat,  
re creet:  
stella,  
gna irabis.

B

Vnde